

1. Memniti; s. Martij
Repetitio Doctrinae
de vera praesentia
Corporis et sanguinis
Domini, in
S. Coena, Lipsiae
1541

2. Moselin seu vachij
disp: II. contra
sacramentarios,
Islebid, 1561.

3. Propositiones de
Cena Domini, 1560.

4. de Natura et usu
Sacramentorum 1554

5. Wigand s. joh. / de
Clave Ligante in
Ecclesia Christi, Fran,
cofurti, 1561

pag. 114 Nr. 325.

e libris

Repts. Wernig. 1811 fest. e. a. com. de Holl.
op. S. 3.

Tab. Lith. 3 In: Pflanzl. Notizen von und für Herrn Subr. Mosler
aus Chemnitz, 1827. sub Chemnitz

Die hier beschriebene Pflanze ist in der botan. Notiz. Chemnitz 3
deselben Anfangs in folio vorgekommen, jedoch hat sich
niemals gefalt. Hi 1827, 20 Nr.

2

CONTRA SA=
CRAMENTARIOS.

DISPVTA=
TIONES DVAE,
PRIMA DE COENA DO.
mini, Altera de communica=
tione Idiomatum.

ITEM

Declarationes duæ, & vera sententia
AVGVSTANE CONFSSIONIS,
*in articulo, de Coena Domini. Quibus subscripse=
runt inferioris Saxonie Theologi, qui fuerunt
in proximo Conuentu Brunshui=
censi, Anno Domini 1561.
mense Februa=
rio.*

Ioachimus Mòrlin D.

Pfal. 118.

*Omniem uiam iniquam odio habui.
Et Legem tuam dilexi.*

CONTRACTA 2A
CRAMMATICIS

DISPUTATA
TOMES DVAE
PRIMA DE CONCORDIA
SACRORUM SCRIPTURARUM
ET PHILOSOPHIAE

ITEM
Declaratio de
AVGUSTINI
in libro de
trinitate
in libro de
genesi
in libro de
prophetis
in libro de
evangelio
in libro de
actibus
in libro de
epistolis
in libro de
apocalypsi

In nomine Domini Amen

1511
Crammaticis
P. G. G. G.



PIO LECTORI S.

CV M in proximo conuentu, qui Brunschuigi habitus est, nihil minus cogitarem fore, quam ut colloquium detrectaret D. Albertus Hardenbergius, Ideo ut meo loco in certamine omnia feliciter explicare possem, sic mihi collegi has propositiones, Sperabam autem fore duplicem disputationem. Priorem, quomodo scilicet Alberti doctrina, quam aliquot propositionibus exposuit, cum Augustana Confessione consentiat. Alteram, quomodo cum uerbo Dei. Ita enim inter collegas meos & me conuenerat, Quod nequaquam uellemus illud aduersario concedere, ut in hoc augustissimo confesso, sub titulo Augustanae Confessionis, eiusdem Confessionis sententiam & doctrinam scelerate conuelleret, ut hodie facit perditissimum hoc genus hominum. Quare ut manifeste aduersarium conuinceremus, & ostenderemus luce clarius, eum cum suis Rottensibus hostem esse Confess. August. & omnium Ecclesiarum Saxonicarum, que hactenus depositum illud bona fide retinuerunt, Ideo conuisiui testimonia ex illis ipsis scriptis, que declarationem continent Confessionis eiusdem.

In prioribus uero duabus disputationibus ea mihi collegi ex scripturis sacris, & antiquitate puriori, Quae pias conscientias muniunt, & aduersariorum corruptelas sine labore perspicue refutant.

A 2

Sed

Sed noluit se committere certantini Albertus, eo
pretextu, Quod uideret inter theologos adesse, ali-
os, qui manifeste suam doctrinam haecenus essent
infectati, alios uero sibi prorsus ignotos, Scilicet
quia huiusmodi Heroibus non est integrum dispu-
tare, nisi cum suis amicis, & quos sciant arreptos
esse eodem spiritu, quo ipsi quoque agitantur,

Cum autem in ipso Conuentu à nobis esset postu-
latum, ut statibus talem aliquam breuem explicatio-
nem uerae sententiae August. Confessionis de Coena
exhiberemus, obtulimus illam, quam ex scriptis &
historijs superiorum temporum, sex propositioni-
bus complexi sumus, Cui caeteri theologo, quos sta-
tus Saxoniae inferioris secum adduxerant, statim
subscripserunt, Sicut & priori declarationi subie-
cerunt postea nomina sua, cui assignaui loca ex ipsa
Confessione, Apologia eiusdem, ex Schmalcaldicis
articulis (in quibus ab ipsis authoribus doctrina
Confessionis est repetita) & ex scriptis Lutheri.

Habes igitur lector amice Confessionis August.
genuinam & natiuam sententiam. Non quam illi
affingunt noui artifices, qui illo titulo innocentium
mentes occulta fraude seducunt, & per blandimenta
aurium, ut Nazianzeni uerbis utar, audientium sen-
sus quadam labe contaminantes, contagione adhe-
rentes inficiunt, sed qualiter illam intellexerunt, qui
sub initium in Comicijs Augustanis eam Imperato-
ri Carolo exhibuerunt, & postea omnium rerum
amissione

amissione fideliter obfignarunt, quorum memoria apud Deum est sempiterna, nobis uero & posteris grata & iucunda, ac nullis intermoritura seculis.

Horum exemplum, quia Illustrissimi principes, status ac urbes Saxonie inferioris imitantur, & consensum purioris doctrine contra corruptelas retinent ac tuentur. Merito igitur pro hoc tanto beneficio ipsorum Celsitu: & pruden: gratias agimus. Ac DEVM ardenti pectore oramus, ut ipsorum Cel: & prudentim hac tam pia sententia confirmet & conseruet, quo patria & auita grauitate, nullis terri molestijs, uocem illam & doctrinã ueritatis, qui Dei beneficio inconcussa apud nos manet, & ab initio relucens Euangelij in Ecclesijs Augu: Confessio nis sonuit, nobiscum fideliter seruent & custodiant.

Libenter & summa uoluntate pacem politicam seu ciuilem cum omnibus in Republica tuebimur, Sed quod ad Religionem attinet, semel & Dei uerbo illustratam doctrinam, singulari beneficio Spiritus sancti, per Reuerendum uirum, & selectum

DEI organum D. D. Martinum Lutherum pie memoriae, ita tuebimur, ut eam ab omnibus corruptelis unidicatam posteritati bona fide tradamus.

Ioachimys Mòrlin D.

A 3 DIS.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Josephus Flavius

A 1
D 12



DISPV TATIO

De Cœna Domini, contra
Sacramentarios.

PRIMA PARS DE fundamentis.

I.

Sacramentarij alij esse non possunt, nisi illi, qui de Cœna Domini aliter sentiunt & docent, quam Christus in sua institutione docuit.

II.

Fundamentum igitur omnis controversiæ est inter nos & illos, institutio Christi.

III.

Ea non sumitur ex arcana Christi exaltatione ad dexteram patris.

IIII.

Nec ex proprietatibus humanæ naturæ.

V.

Sed ex locis illis, qui descriptionem

A 4

contra

continent institutionis Christi, Matthei 26. Marc. 14. Luc. 22. & 1. Corinthio. 11.

V I.

In qua Christus de pane dicit, postquam accepit benedictionem. Quod sit corpus SVVM.

V II.

Ne autem quis dubitet, quomodo velit corpus intelligi, perspicuam addit declarationem, Quod scilicet corpus intelligat proprie, pro illa substantia, quæ tradita est pro peccatis totius generis humani.

V III.

Vt quod in articulo Redemptionis vocabulo corporis intelligitur, idem sine ambiguitate intelligatur & in Cœna.

I X.

Itaque iuxta verba Christi, testificantibus vno consensu quatuor Euangelistis, panis in cœna verum est & essentialiale corpus Christi.

X.

Nisi cum Marcione dicas, non fuisse verum

se verum & essenziale corpus, quod
pro nobis traditum est in cruce.

XI.

Quicumque igitur non credit & do-
cet, panem esse verum essenziale Chri-
sticorpus, ille aliter docet & credit de
cœna Domini, quàm Christus in sua
institutione docuit: Ergo Sacramen-
tarius est.

XII.

Quod si errorem hunc contra Chri-
stum pertinaciter etiam defendit, hæ-
reticus est.

XIII.

Cum hæreticis sit, & pro tali omnia
bus seculis habendus, qui contra Chri-
stum docet, & doctrinam suam contra
ipsum defendit, in perniciem & gra-
ue iudicium sectariorum suorum.

XIIII.

Quod autem Sacramentarii hic vo-
ciferantur, verba Christi in cœna nō
propriè, sed cum interpretatione esse
intelligenda, Ea ipsa re tria fatentur;
primo, verba Christi in sensu proprio
sine interpretatione, sententiæ & do-
ctrinæ suæ nihil patrocinari. Se

XV.

Secundo, se non accepisse doctrinam & sententiam suam ex Dei verbo in cœna,

XVI.

Tertio, sententiam vero Ecclesiarum nostrarum magnum & immobile, fixumque habere ex verbis Christi præsidium ac firmamentum.

XVII.

Itaque & Ecclesias nostras pro Sacramentarijs vel hæreticis damnare non possunt, nec ipsi nec angeli de cœlo.

XVIII.

Nisi velint manifesta verba Christi & ipsius institutionem, tanquam hæreticam damnare.

XIX.

Et si non grauibus, perspicuis & evidentibus testimonijs scripturæ eucerint, verba Christi in cœna esse aliter per interpretationem intelligenda.

XX.

Ac eam ipsam interpretationem

EX

ex Dei verbo attulerint, cum scriptura non sit priuatae interpretationis. Non possumus neque debemus illis credere vel assentiri.

X X I.

Cum ita certum sit, eos contra Christum vnicum nostrum pontificem docere, ad iudicium & damnationem suam & sectariorum suorum.

X X I I.

Ergo hæreticos esse, cum maliciose hæc contra Christum defendant.

X X I I I.

Procul dubio, non ex Spiritu sancto, qui ex suo non loquitur, sed omnia à Christo accipit.

X X I I I I.

Omnia igitur ex Diabolo, eos incitante, agitante & sic instigante.

SECUN=



SECUNDA PARS
DE CAUSSIS PRAECI-
puiſ, quare Sacramentarij ſentiant
verba Chriſti ſine interpre-
tatione non eſſe accipi-
enda proprie.

XXV.

Cum cœna ante aſcenſionem Chri-
ſti ad cœlos ſit inſtituta & peracta, be-
ne conſideret & expendat pia conſci-
entia, qua fronte affirmant Sacramen-
tarij, ſe illa aſſumptione Chriſti ad
cœlos moueri, quare ſentiant verba
ipſius non intelligenda proprie.

XXVI.

Non minus tamen etiam poſt illam
arcanam exaltationem hoc grauiter
illos refutat. Quare impoſſibile ſit,
eos aſcenſione Chriſti ad ſtabilien-
dum ſuum errorem, ſerio moueri,
Quia non cœlum Chriſtum ipſum ac-
cepit, & ſibi ſubiicit.

XXVII.

Sed Chriſtus accepit cœlum Act. 3.
Ita

Ita ut supra omnes cœlos ascendens,
omnia præsentia habeat & impleat,
Ephe. 4. & ad dexteram virtutis Dei
ac maiestatis collocatus, omnia ha-
beat sub arbitrio & potestate sua, quæ
sunt in hoc & in futuro seculo, Psal. 8.
Luc. 23. Acto. 2. Ephes. 1. ad Ebre. 1. &
1. Petri 3.

XXVIII.

Certe si omnia sunt illi subiecta,
quæ sunt in hoc & in futuro seculo.
Quomodo quæso non tempus quoque
& locus sunt illi subiecta in illa arca-
na exaltatione?

XXIX.

Et quia hic est verus sensus fidei
nostræ in hoc articulo, iuxta Dei ver-
bum. Quomodo non fidem quoque no-
stram hic labefaciunt Rottenses no-
stri.

XXX.

Quæ vero speculatores illi arguti,
& diuinarum rerum censores perspi-
cacissimi adferunt, de proprietatibus
humanæ naturæ. Nec illa sufficiunt,
quare à proprietate verborum Chri-
sti in cœna sit discedendum, Sci-

XX XI.

Scimus Christum natura seu essentia, verum quoque hominem esse.

XX XII.

Etiam hoc scimus, eum naturæ humanæ proprietate non aliud posse, quam homo potest.

XX XIII.

Sed quia propter unionem Hypostaticam diuinæ & humanæ naturæ, Paulus magna fiducia pronunciat, hunc hominem esse in virtute DEI, hic igitur adpello omnium sacramentariorum conscientiam, si quam habent, in tanta mentium cæcitate, & acerbitate animorum, ut ad hoc planè & simpliciter respondeant, sentiant ne, hunc hominem, inquam, non plus posse, quam alius quilibet simplex & communis homo potest?

XX XIII.

Nos in homine Christo iuxta Dei verbum fatemur hæc omnia, primum veram essentiam humanæ naturæ, ut dictum est.

Secundo

XXXV.

Secundo omnes proprietates essentielles, quas natura humana ex creatione per se ante lapsum habuit, & etiam in futura vita retinebit, ut creatum esse, finitum esse, habere corpus, animamque rationalem.

XXXVI.

Tertio etiam accidentales proprietates, quas non propter rationem veri corporis humani, sed propter assumptam serui formam, in similitudine hominum constitutus accepit, ut mortalem esse, posse vulnerari, sitire, esurire, esse fatigatum &c.

XXXVII.

Fatemur etiam hoc, quod cum iuxta has proprietates agit Christus, reuera agit ut homo, suis scilicet humanis proprietatibus.

XXXVIII.

Sed amplius fatemur hoc quoque, conuicti presentibus, manifestis, perspicuis, & evidentibus scripturae testimonijs, quod quando vult hic homo, non tantum loco continetur, verum
etiam

etiam euanescit & disparet, transit te-
stimonio scripturæ, & totius antiqui-
tatis per ianuas clausas. Reuocat tan-
tum verbo & voce mortuos in vitam,
vno tactu, aperit aures surdorum.
Deniq; per mortem abolet eum, qui
mortis habet imperium, hoc est, Dia-
bolum &c.

XXXIX.

Et hæc omnia operatur homo,
non quidem proprietate humanæ na-
turæ.

XL.

Et tamen non extra humanitatem
suam.

XLI.

Imo nec in corpore clarificato, sed
in forma serui.

XLII.

Et quidem cum illi incumbit pec-
catum totius humani generis, flagrat
in illum horribilis & ardens ira Dei,
vt & peccatum sit, & maledictum in
conspectu Dei, vt inquit Paulus.

XLIII.

Dicant hic nobis nugigeruli no-
stri,

stri, & nugacissimi nugatores. Quo
in loco hunc hominem habeant? &
quomodo valeat ipsorum garrulitas,
scilicet, hæc non est ratio veri corpo-
ris humani, igitur aut fantasticum est
Christi corpus, aut hanc rationem
non habet.

XLIIII.

Audi Schuemere, inquit in cœna
Christus, hoc est corpus M E V M,
quod fregit & comminuit Catarrha-
tas inferni, abstulit abijssum peccato-
rum totius mundi, contriuit caput an-
tiquæ serpentis, placuit iram æterni
patris, adperuit claustra regni cœlo-
rum.

XLV.

Quæ alioqui omnia, omni rerum
naturæ fuerunt prorsus impossibilia.

XLVI.

Hæc sic credimus, qua conscientia
quæso hunc tantum hominem liga-
tum dicimus loci distantia, ut non
possit quod dicit.

XLVII.

Cum omnes atrocissimæ mortis
B voragiæ

voragine, quæ hunc hominem auide
merferunt, non potuerint tamen pro-
hibere, quo minus tertia die, morte ab-
sorpta extra sepulchrum rediuius
adpareret, ideo quia sic dixerat, ut ar-
gumentantur ad monumentum an-
geli boni.

XLVIII.

Vnde igitur sint angeli Sacramen-
torum? Qui non ex verbo, potentiam
& proprietatem corporis Christi, sed
ex proprietate (considerata iuxta sup-
putationes stultæ carnis) verbum cen-
sent, ipsi uiderint & eorum Sectarij.

XLIX.

Postremo nec illa potest esse caus-
sa, quare velint Sacramentarij verba
Christi in cœna non propriè accipi-
enda esse. Quia Christus Sacramen-
tum instituerit.

L.

Etsi enim in Sacramentis, signa &
res externæ sunt figuratiuæ, tamen
verba ipsa nunquam figuratiua sunt,
sed proprijsima.

Quod

L I.

Quod si propterea non est retinenda proprietas verborum in Cœna, quia Sacramentum est: Ergo & in baptismo non erit retinenda verborum proprietas, quia Sacramentum est.

L II.

Libenter concedimus in sacramentis nomina rerum signatarum, ipsis quoque signis tribui.

L III.

Non tamen per vocabuli transmutationem, quasi signum pro re signata metonomice accipiatur.

L IIII.

Sed quia in Sacramentali, rebus visibilibus, siue signis externis, res signatae praesentes adsunt iuxta Dei verbum, & cum illis exhibentur.

L V.

Ita circumcisioni erat addita DEI promissio & foedus gratiae.

L VI.

Igitur recte dicebatur foedus ipsum

B 2

Laua

L VII.

Lauacro aquæ in verbo, addita est promissio remissionis peccatorum & regenerationis.

L VIII.

Igitur rectè dicitur Stipulacio bonæ conscientiaë, ablucio peccatorum, & lauacrum regenerationis.

L IX.

Eodem modo in cœna, panis corpus Christi dicitur, quia cum pane corpus Christi verè exhibetur, & substantialiter adest iuxta verba Christi.

L X.

Hinc rectè dicitur, Christum nobis porrigere corpus suum, quando panem ipsum, figuram scilicet seu signum corporis porrigit.

L XI.

Et qui panem hunc manducat in cœna, simul verè manducat corpus Christi.

L XII.

Quia Sacramentum semper duabus rebus constat, figura, seu signo visibili, & re signata.

Signum

LXIII.

Signum non potest aliud esse, nisi quod verbo Dei exprimitur.

LXIIII.

Nec res signata alia somniari debet, vel aliter intelligi, quam idem Dei verbum in hoc ipso Sacramento docet.

LXV.

Qui signum sine re signata exhibet, non sacramentum exhibet, sed suum figmentum, profanans per hoc institutionem, & nomen DEI sanctum.

LXVI.

Et qui rem signatam ideo quidquid vult, intelligit, que sit sacramentalis loquendi modus, ille blasphemus & maliciosus ridet in his tremendis mysterijs vocem Dei, & fidem Ecclesie.

LXVII.

Vox DEI est in cœna, rem signatam esse substantiam, non virtutem tantum & efficaciam corporis Christi.

B ;

Vox

LXVIII.

Vox Dei est illam substantiam exhiberi præsentem, non fidei tantum percipiendam, sed ori quoque ad manducandum.

LXIX.

Quæcunque igitur spiritus illi vertiginoli de causis suis somniant, quare non sit retinendum tō rhiton in verbis cœnæ, nugacissimæ sunt nugæ.

TER TIA PARS

De Interpretatione.

LXX.

Nihil minus cogitavit Paulus, I. Corinth. 10. quàm quod ibi velit verba Cœnæ interpretari.

LXXI.

Sed è contra, ex proprietate verborum Cœnæ hanc grauem suam admonitionem extruxit.

LXXII.

Vt cum ex vno eodemque pane omnes participamus.

LXXIII.

Et de hoc pane Christus dicat, hoc est, corpus meum. Ideo

LXXIII.

Ideo certum est, hunc panem esse
kinonian corporis Christi.]

LXXV.

Quod nequaquam dicere potuisset
Paulus, Si per corpus intellexisset vir-
tutem vel efficaciam corporis tan-
tum.

LXXVI.

Non enim panem fit communica-
tio virtutis & efficaciae.

LXXVII.

Sed verbo & fide.

LXXVIII.

Alioqui etiam impij & increduli
participes fierent virtutis & efficaciae
ipsius, quotiescunq; panem hunc in
Coena maducant.

LXXIX.

Et quidem corpus Christi mandu-
cant etiam impij, cum panem hunc
manducant.

LXXX.

Non tamen ideo participes fiunt
virtutis & efficaciae corporis Christi.

B A

Non

LXXXI.

Non propterea, quasi corpus Christi sit sine efficacia, & virtute sua, propter indignitatem personæ manducantis.

LXXXII.

Sed quia sine vera pœnitentia & fide manducant indigni.

LXXXIII.

Igitur ad iudicium manducant, rei corporis & sanguinis Christi.

LXXXIII.

Non eam ob causam, quia non diiudicant, panem seu figuram, & signum.

LXX XV.

Sed quia non diiudicant corpus Christi in hac manducatione.

DISPV =



DISSERTATIO

De Communicatione

id est

DE SACRAMENTIS

Christum verum Deum & hominem
non verum Deum, sed hominem
creatum & conatum.

Deum verum ex Deo vero ante
secula genitum.

Ex homine vero, ex Maria viri
gine in tempore natum.

In homine vero sine Deo
sacrosanctum.

De consuetudine, quibus in casu
hujusmodi consuetudine
non tantum, sed etiam in casu
hujusmodi.



DISPVATIO

De Communicatione
Idiomatum.

I.

DE NATVRIS
& Essentia.

I.

Christum verum Deum, & hominem verum in vna persona, firmiter credimus & confitemur.

II.

Deum verum ex Deo vero ante secula genitum.

III.

Et hominem verum, ex Maria virgine in tempore natum.

IIII.

Non hominem solum sine DEO, sicut Nestorius delirabat.

V.

Nec conuersa diuinitate in carnem, aut confusis vel mutatis, permixtisq; naturis, sicut Eutiches insaniebat.

Sed

VI.

Sed verum Deum, Deo patri suo
consubstantialem.

VII.

Et verum hominem, nobis homini
bus consubstantialem, in vna indiui-
sa persona, vnum Christum in æter-
num permanentem, toto corde firmi-
ter credimus & confitemur.

II.

DE PROPRIETA-
tibus.

VIII.

Fatemur etiam singulis naturis,
per se consideratis, suas esse proprie-
tates.

IX.

Ita vt natura humana sit finita crea-
ta &c.

X.

Fueris etiam ad tempus, propter
assumptam formam serui mortalis,
potuerit vulnerari, tristari, esurire,
palpari, videri, sua contineri dimen-
sione &c.

Et

XI.

Et quando iuxta has proprietates operatur Christus, tum verè operatur, vt homo, proprietatibus humanis.

XII.

Nec aliud huic naturæ conuenit, in abstracto, cum scilicet humana natura per se consideratur.

XIII.

Diuinæ naturæ proprietates sunt, esse increatam, æternam, immensam, immortalem, omnipotentem, viuificatricem &c.

XIIII.

Nec aliud huic naturæ conuenit in abstracto, cum scilicet sola natura diuina per se consideratur.

XV.

Et quodocunque Christus iuxta has proprietates operatur, tum operatur, ut Deus, diuinis scilicet proprietatibus.

III.

DE PERSONA.

Etsi

XVI.

Etsi autem hoc modo & naturæ & proprietates sunt distinctæ per sese, vt sicut natura diuina nunquam fit humana, nec humana transit in naturam diuinam, ita humana natura nunquam possit diuina, per se, proprietatibus scilicet humanis, nec diuina natura habeat humanas passiones, proprietate naturæ inquam.

XVII.

Tamen sicut duæ naturæ in persona Christi inseparabiliter sunt vnitæ.

XVIII.

Ita cum naturis, vnitæ sunt earum proprietates in persona, vt proprietates vni naturæ conueniens, tribuatur personæ in concreto.

IIII.

COMMVNICATIO

Idiomatum.

XIX.

Recte igitur dicitur, Deus est passus.

Non

XX:

Non tamen proprietate naturæ,
sed per communicationem Idioma-
tum.

XXI.

Quia scilicet hæc persona passa
est, quæ non tantum Deus est solita-
rius purè sine homine, Athanas. lib.
de assum: hominis.

XXII.

Et rectè dicitur, hic homo potens
est rerum omnium.

XXIII.

Iterum dico, non proprietate natu-
ræ, sed personæ.

XXIII.

Quia homo in hac propositione
non significat naturam humanam per
se consideratam, in abstracto, sed per-
sonam, quæ non homo est sollicitarius
&c. Athan: ibidem.

XXV.

Et tamen non rectè dicitur, diuina
natura est passa, humana natura est
omnipotens.

XXVI.

Quia in huiusmodi propositioni-
bus

bus non persona, sed tantum vna natura per se consideratur in abstracto,

XXVII.

In illis igitur vnicuique naturæ tribuendę sunt suę proprietates incon-
fuse.

XXVIII.

Sicut enim personalis vnio non tollit discrimina naturalium, Supra propo:5.

XXIX.

Ita non tollit aut confundit earum proprietates, propo:16.

XXX.

Recte tamen interpretatur verba Christi Cyrillus, Ioan. 6. Ego, id est, corpus meum, quod comeditur, resuscitabo eum.

XXXI.

Quia non intelligit corpus aut carnem Christi in abstracto, sicut inquit. Non enim alius ipse est, quam caro sua, non id dico, quia natura non sit alius, sed quia post incarnationem in duos se diuidi filios minime patiatur, Lib.4. cap.15. In Ioan,

Nec

XXXII.

Nec illud in abstracto dictum est in
cœna, hoc est corpus meum.

XXXIII.

Loquitur enim hic de corpore suo,
in quo Deitatis plenitudo corporali-
ter habitabat, Cyril: in Ioan: lib. 4.
cap. 23, & sæpe alias.

XXXIII.

Sunt igitur ita distinguendæ pro-
prietates & naturæ, ut tamen non
ideo discernatur Dominus noster Ie-
sus Christus in hominem seorsus, &
seorsus in Deum, Cyril. de incarnati:
vnige: cap: 12.

XXXV.

Non sequitur, Natura humana ex
virgine initium habet, Ergo homo ex
Maria natus est, non Deus. Diuina
natura adoratur omnium rerum crea-
trix: Ergo non homo Christus, qui
creatura est. Item Christus passus est
carne: Ergo sola caro passa est, non
Deus passus est.

Etsi

XXXVI.

Etsi enim humana natura tantum
initium habet & originem ex Maria
virgine, non DEVS, vel natura diui-
na.

XXXVII.

Tamen quia non carni formata,
aut animata, semet persona verbi vni-
uit in vtero virginis, sed ex ipsius vi-
sceribus sapientia sibi domum ædifi-
cavit: Maxentius in breuissima adu-
nationis ratione.

XXXVIII.

Nunquam igitur humanitas Chri-
sti sine diuinitate vel nata vel passa
est.

XXXIX.

Nec diuinitas post illam vnicio-
nem sine homine Christo vnquam
fuit, sicut inquit Leo ad Flavianum,
Catholica Ecclesia hac fide viuit, hac
fide proficit, vt nec sine vera diuinita-
te humanitas, nec sine vera credatur
humanitate diuinitas.

XL.

Non ergo quidquam nunc facit
C vel

vel patitur natura vel diuina, vel hu-
mana.

XLI.

Sed omnia patitur & facit perso-
na, quæ Deus est & homo.

XLII.

Alia tamen facit persona secundum
diuinam naturam, seu proprietatibus
naturæ diuinæ. Alia secundum natu-
ram humanam, Luther: in conf. Ma-
iori de cœna Domini, folio 189.

XLIII.

Quæcunq; facit miracula persona,
ea facit vt Deus, proprietatibus diui-
nis Athana: de assump: hominis.

XLIII.

Nec tamen hæc facit diuina sine
humana natura.

XLV.

Eam ob causam, in exuscitandis
mortuis, non solummodo verbo atq;
imperio, vt Deus, vtebatur Christus,
verum etiam carnem suam quasi coo-
peratriæ

peratricem nonnunquam adhibebat
Cyril. lib. 4. In Ioan: cap: 14.

XLVI.

Quæcunq; vero patitur persona il-
la, ea patitur vt homo, proprietatibus
humanis, Athanas. ibidem.

XLVII.

Vincit tamen omnes passiones ho-
mo, non idiomate naturæ, sed vnitio-
ne personæ.

XLVIII.

In qua corpus terrenum vna cum
Deitate Deus potens efficiens, in v-
nam virtutem vniuit, Epipha: in An-
cora: fol: 571.

XLIX.

Sic enim caro transformata est in
gloriam in cōiunctione Dei verbi, per-
fectionem Deitatis adquirens, & glo-
riam cœlestem. Idem, lib. 2. Tom. 2.
contra Ariomanitas, Hære: 69. folio
386.

C 2

VI

L.
Vt quamuis proprietate naturæ
non habeat potentiam operandi effi-
caciter diuine.

LI.
Illam tamen accipiat per vnionem
& ineffabilem concursum, qui intel-
ligitur Dei esse verbi cum humani-
tate, Cyril: lib. 6. Dial. de Trinita.

LII.
Ita vt humanitatis paruitas, in sum-
mæ & excellentissimæ naturæ digni-
tatem peruenerit, & ipsam indigni-
tatis folio collocauit. Ibidem, commu-
nes faciens cum carne, diuinæ maie-
statis operationes. Idem de incarna:
vnige: cap. 7.

LIII.
Nec tamen propterea vel natura
humana est mutata, vel facta confu-
sio naturarum, aut proprietatum.

LIIII.
Sed adunatus inæstimabiliter hu-
manitati Deus, seruauit quidem ip-
sam

sam in eo, quòd fuerat, & ipse perman
sit quod erat.

L V.

Semel tamen adunatus, quasi vnus
iam cum ipsa putatur. Ea quæ sunt il
lius sua faciens, conferens autem ei
etiam ipse, naturæ suæ operationes,
Cyril. de incarn: vnigen: cap: 8.

L VI.

Nec in humanam Deus mutatus
est carnem vel substantiam, sed in se
ipse, quàm assumpsit glorificabat na
turam.

L VII.

Vt humana mortalis & infirma ca
ro atq; natura, diuinam profecerit in
gloriam, Athan: de Ariana & Catho:
confess:

L VIII.

Ita vt omnem potestatem in cœlo
& in terra habeat, quam antequam à
Deo verbo assumeretur non habuit.
Idem, eodem libro. Vide apud eun
dem similitudinem de Amiantho: li:
de Incar: verbi, folio 38.

C 3

Habet

LIX.

Habet igitur eam potestatem & gloriam caro Christi, non proprietate naturæ, sed vnitione personæ.

LX.

Magis tamen caro Christi in illa vnitione subleuata est vltra naturam, quàm deiecit intra naturam inuertibilem Deum, Cyril: de Incar: vnige: cap. II.

LXI.

Nec enim Deitas in homine augmentum aut detrimentum ullum sustinuit, Athana: lib. de Assump: hominis, & ad Epictetum pulcherrimè.

LXII.

Quia non ideo hominem assumpsit, vt liberam Deitatis naturam in formam serui submergeret, neque vt Deitatis dignitate suppressa in proprietate nostra teneretur.

LXIII.

Sed ut seruitutem nostram, in dominandi honorem extollerat, Cyril: lib.



lib. 9. Thesau: cap. 3. & in Ioan: lib. 4.
cap. 23.

LXIII.
Etsi igitur verum est, carnem Christi
in hac persona, potentiam habere
operande diuinæ.

LXV.
Tamen non ideo verum est, diuinam
naturam propter illam vnionem
eodem modo humanas in semetip-
sam suscepisse infirmitates, & passio-
nes, ut esset ipsa quoque mortalis.

LXVI.
E contra etsi naturæ diuinæ, nulla
vel decessio vel accessio facta est, pro
pos. 61.

LXVII.
Tamen falsum est, carnem Christi
post vnitionem, nihil habere, quod
superet conditionem, & proprietatem
humanam.

LXVIII.
Nisi quod hoc quoque verum est.
Eam hoc habere, non proprietate na-
turæ, ut saepe iam dictum est, sed vnio-
ne personæ.

CA Quomo

4. di. in lo. ni LXIX. ual. T. e. di.

Quomodo autem hæc fiat, nec men-
te intelligere, nec lingua dicere pos-
sumus, sed silentio atq; firma fide id
suscipimus, Cyril: in Ioan: lib. 4. cap.
24.

DECLA



Faint, mostly illegible text from the reverse side of the page is visible through the paper. Some words like 'E contra', 'vel decisio', 'Tamen', and 'quod' are partially discernible.

DECLARATIO

& vera sententia Augustanae confessionis, in articulo de
Cœna Domini.

I.

Docemus & firmiter credimus, quòd corpus & sanguis Christi verè adsint & distribuuntur vescentibus in cœna.

Confess: August: articulo decimo.

II.

Intelligimus autem verè adesse corpus & sanguinem, id est, substantialiter seu corporaliter.

Apolog: artic: 10. Et nostri in colloquio Ratisponensi.

III.

Ita vt panis & vinum in cœna sint verum naturale & essenziale corpus & sanguis Christi. Quæ accipiantur non tantum à pijs, verum etiam ab impijs & indignis.

C 5

In

In Schmalcal: articulis, de Sacra-
mento altaris, Luther: in Sermo: de
cœna Domini, Tom:2. Germa: Vui-
teber: impresso, folio 116. fac:2. Et in
Confess: minori Tom:2. fol:252.

IIII.

Credimus autem panem esse cor-
pus Christi non conuersione, vel per
transubstanciationem.

In Schmal: articulis, de Sacramens
altaris, Luther: in confess: maiori,
Tom:2. folio 190. & 221.

V.

Nec vnione personali seu hyposta-
tica, sed Sacramentali.

Lutherus de prædicatione identi-
ca, in Confess. maiori, Tom:2. folio
221. & contra Enthusiasticos prophe:
Tom:2. folio 48. & 49.

VI.

Intelligimus autem Sacramenta
lem,

lem, vbi sub pane et vino visibili, inuisibiliter non gratia tantum & virtus, cum reliquis beneficijs corpore Christi acquisitis, nec tantum ius & societas, Sed ipsa quoque substantia, seu essentia, seu natura corporis praesens adest.

Luther: in Catechismo minori. Et in defensio: tū ritu, Tom: 2. folio 152. In confes: maiori, Tom: 2. folio 211. Item folio 42. & 182. & 183. fac. 2. &c.

VII

Non locali inclusione, sed modo nobis incompraehensibili.

Luther. in confes: maiori, Tom: 2. folio 133. fac: 2. & folio 190. In confes: minori, Tom: 2. folio 249. & fol. 251. fac. 2.

VIII

Et illam substantiam corporis Christi dicimus in coena non tantum accipi ore fidei, sed saepe etiam sine fide
ore

ore carnali, ab hominibus indignis
& impijs.

Luther: in Sermo: de Cœna, Tom:
2. folio 115. fac. 2. lr. defensione tū rhi
tū, folio 125. fac. 2. Ibidem folio 148.
Item propositione 28. contra Loua
nienſes.

I X.

Ad salutem fidelī corde & ore, sine
corde vero fidelī, ore tantum, ad iu
diciū.

Luther: in defensio: Tom: 2. fol. 145.
& 146. In confes: maio: Tom: 2. folio
241. Et contra Enthuf: Prophe. To. 2.
folio 51. fac: 2.

X.

Eos qui aliter docent, improba
mus, & pro hæreticis serio cenſemus.

Confes: August: Articuli: 10. Luthe
rus propositio: 28. contra Louanien
ſes.

SENTEN.

SENTENTIA AVGV.

stanae Confessionis de coe-

na Domini.

I.

Articulus decimus in Augustana confessione, perspicue ad excludendos Sacramentarios positus est hisce verbis, improbamus secus docentes.

II.

Et quod non casu haec verba exciderint, probat narratio Spalatini, in Tom:5. l. enen: fol:38. in haec verba.

Hey jedem Artikel des Glaubens hat man auch die gegenlere/ vnd irri-
ge meinung vnd Kegereien/ als Sa-
cramentschwermer/ widerteuffer &c.
verworffen/ mit erbietung/ wo jeman
des ferner vnterricht wolt haben/ die
selbigen auch zu thun.

III.

Et quidem ita intellexerunt etiam hunc articulum vrbes illae, quae dogma Zuiglianum amplexae erant. Ideo suam propriam Confessionem exhibuerunt, Tom:5. folio 40.

Vt eo

VIII.
Vt eo magis esset perspicua sententia in Confessione. Ideo eandem in Apologia explicarunt per veré, substantialiter & corporaliter.

V.
Posteaquam autem nonnulli ex Sacramentarijs ceperunt hæc quoque verba eludere, qui illis subscriperant Vuitebergæ, in formula concordia, Anno 1536. Ideo ut nobis Philippus narrauit Vuormaciæ anno 1557. Lutherus vir Dei, taliter posuit Articulum in conuentu Schmalcaldico, cui & Theologi cæteri subscriperunt, in hæc verba.

Vom Sacrament des Altars/ halten wir / das Brot vnd Wein im Abendmal sey der warhafftige Leib vnd Blut Christi/ vnd werd nicht allein gereicht vnd entpfangen von frommen/ sondern auch von bösen Christen.

VI.
Tandem ut nulla sit ambiguitas, summam declarat Lutherus sententiam

tiam illam, in vltima confessione, his
verbis.

Ich rechen sie alle in einen Bus
chen/wie sie auch sind/die nicht gleich
ben wollen/das des Herrn Brot im
Abendmal sey / sein rechter natürli
cher leib/ welchen der Gottlose oder
Judas eben so wol mündlich empfe
het/als S. Petrus vnd alle Heiligen.

Dicat Albertus, Lutherum non
fuisse August: Confessionis. Et à cæ
teris principibus ac statibus Imperij,
quorum est ex professo August: Con
fessio, eum non pro tali habitum.

Aut hinc certum est, & summa eui
dentia probatum, quod non illi suffi
cit, aliena docere à Dei verbo, nisi &
nobis, ac miserrimæ posteritati
confessionem Augustanam
maliciosè & veteratoriè
suis corruptelis
depra
uet.



Islebij, in Officina Urbani
Gubisij, 1561.

A. 53777

AB 153777

ULB Halle 3
002 694 344



246.






S. 122.

DE
COM
DE

122





2

TRA SA=
MENTARIOS.

SPVTA=
NES DVAE,
DE COENA DO.
Altera de communica-
ne Idiomatum.

ITEM
ones duæ, & vera sententia
ANE CONFSSIONIS,
Coena Domini. Quibus subscripse
is Saxonie Theologi, qui fuerunt
ximo Conuentu Brunschui
st, Anno Domini 1561.
mense Februa
rio.

chimus Mòrlin D.

Pfal. 118.
m uiam iniquam odio habui.
gem tuam dilexi.